



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

III. De Ministro, suscipiente, & effectibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

Quin etiam Trinitatis expressio sub aliis nominibus quam Patris, & Filii, & Spiritus sancti etsi speculatiuè probabile sit satis fore ad valorem: practicè tamen nullo modo est usurpanda, tum propter periculum, cui se baptisans exponit, tum quia contra Christi institutionem ageret, & contra communem usum & traditionem Ecclesiae.

## CAPUT III.

De Ministro Baptismi, eum suscipientibus, ipsiusque effectibus.

**9.** Quidam Minister Baptismi? Ex officio Sacerdos, isque Parochus, Diaconus solus nullius commissione; vel in ipsis absentia, si necessitas exigat, potest etiam solemniter baptizare. Cæteri hominum, modo loqui, & ablucere simul possint, in necessitate sufficiunt. Plures sanè si singuli per se & integrè unum eundemque baptizent, verum conferunt Sacramentum.

§. I.  
Minister  
Baptis-  
mi.

**10.** Quid si vel actum ablutionis externum ita ut unus material, alter vero formam apponat: vel intentionem ipsam interesse patientur, ita ut unus non habeat intentionem baptizandi sine alio? Nihil prorsus efficient.

**11.** Assigna uberioris Ministri Baptismi ex præcepto, & ex necessitate. Minister ex præcepto solus est Pastor, in necessitate quilibet, eo tamen ordine seruato, ut cæteris præferatur Sacerdos, deinde Diaconus, tum Clericus, postea laicus, ultimo foemina.

**12.** Hunc ordinem peruertere est ne peccatum? Peruertere cum persona Pastoris aut Sacerdotis, lethale peccatum est, cum aliis minimè. Adde in necessitate etiam hæreticum, & paganum baptizare posse, modo habeat intentionem baptizandi. Num anima separata? Non, quia non est homo, nec humano more potest formam exprimere. Posset quidem Angelus ex speciali Dei dispensatione.

**13.** Qui bis baptizat, cuinam pœna obnoxia est? Irregularis fit ipso facto, & ad superiores Ordines prohibetur ascendere, etiamsi secretè deliquerit. Eadem sequitur pœna semel iterumque baptizatum, nisi forte inculpabilis viuumque fuerit, sue iuris excusat ignoratio.

**14.** Dixisti Baptismum necessarium esse ad salutem: exime quoniammodo necessarius adultis, & parvulis? Omnibus absolute

750 *Moralis Theologia Tract. VII. Sacra*menta,  
absolutè necessarius est: adultis quidem si re vera eius ful-  
cipiendi copia defit, saltem in voto: infantibus etiam ne ipsa  
si Martyrij priuilegium excludas. Huic necessitatì, qua ex ea  
medio, conformis est necessitas, ex vi præcepti, quo iure di-  
uino omnes homines astringuntur, etiam infideles. Infans  
quidem ante rationis usum non obligantur, sed eorum pa-  
rentes, ut videlicet quando primum commodè possint, illis Ba-  
ptismum procurent. Si filij Christianorum sunt, baptizan-  
dēt ante rationis usum, non ita si parentes infideles habent  
& Baptismo resistant.

15. *Quid si serui sint? & mancipia Christianorum?* Ei-  
licitè possint Baptismo perfundi, non adest tamen obli-  
gatio id faciendi: nisi forte in extrema sint necessitate con-  
stituti.

16. *Requiritur ne in baptizando assensus?* In adulto quidem  
consentire necesse est, licet vi, metuive eiusmodi as-  
sensus extorqueatur. Porro in infantibus nulla exigua  
dispositio ob ætatem, nec ipsorum quidem parentum con-  
sentientis voluntas infirmæ ætatis vicem supplens requi-  
ta est.

§. 2.  
*Effectus  
Baptis-  
mi.*

17. *Quinam Baptismi effectus?* Culpam omnem tam O-  
ginalem, ob quam præcipue institutus est, quam actuali  
abstergit. Pœnam etiam inde à Deo inflictam remittit, li-  
stificantem gratiam, virtutes, & dona; quæ illam necessaria  
sequuntur, propriam item ad munera Christiani ritè ob-  
da vna cum charactere gratiam conferit.

18. *Quanam in adultis dispositio requiritur?* Qui mor-  
tale peccatum coniunctum habet cum originis culpa cu-  
attritione saltem peccatorum, eaque supernaturali acci-  
dat, oportet; quia ea deficiente nullus gratiae confurgit  
effectus.

19. *Quid si fictè Baptismum suscipiat, id est, non se cum  
contritione, aut attritione preparare?* Etiusmodi fictione, qua  
regulariter peccatum mortale est, vera contritione subla-  
vum Baptismi iam recepti quoad omnia consequetur. Neque  
enim iterandus Baptismus vti Pœnitentia; quia Sacra  
quæ Characterem imprimunt, non iterantur. Vnde quidquid  
in pœnitentiae fictione delinquitur, rursum iterata pœnitentia  
expiatur; at fictio Baptismi non ipso iterato, sed contrito  
nis actu est abluenda.

C. 1.